



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

351. Sorores Tertiariae possint à Sacerdotibus suarum Religionum in articulo mortis sumere Viaticum, & Extremam Vnctionem? Vbi multa de Tertiariis, vulgo dictis Bizochæ, proponuntur in textu huius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

2. Ad secundam dubitationem respondeo. statim debere egredi, & peccare mortaliter aliter faciendo. nisi breui spatio immoretur; paruit enim materia; etiam in hoc, à mortali excusat. Imo Sanchez n. 60. Mollesius in sum. tr. 7. cap. 20. n. 42. Rodriguez in qq. Regul. v. i. quaest. 47. art. 1. Miranda q. 2. de Monialibus, art. 2. & alij, non solum à mortali, verum etiam à veniali excusant breuiter immorantem; vt si causa euiusmodi aliquantisper in visendis officinis immoretur. Difficultas est, quanam mora dicatur breuis; vt quis in tali casu intra Monasterium immorando, non dicatur peccare contra claustrum. Villobos in sum. rom. 2. tr. 35. diff. 49. n. 1. sic asserit. [El Señor Don. Fr. Antonio Treio Obispo de Cartagena, quando fuit General de nuestra Orden declarò, que le tuuiesse por poco tiempo un quarto de hora.] Igitur secundum Villobos, si Confessarius in tali casu immoretur in Monasterio per quantum horæ, non peccaret contra claustrum, semotis tamen alijs prauis circumstantijs, vel sine male.

RESOL. CCCL.

An Moniales Turris Speculorum Roma existentes sine Religio, & eorum vota sint solemnia?
Et an dictæ Moniales, si contraherent matrimonium quamuis peccarent valide tamen contraherent?
Et inferitur, quod si recedunt à Monasterio non sunt Apostatæ, & his non obstantibus gaudent priuilegijs Canonis & fori & exemptione gabellarum. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 88.

§. 1. De hoc casu interrogatus fui à viro pio, & docto Andrea Victorello, nec sua affirmatiua opinio adherere potui; nam eorum ordo viuendi non fuit approbatus à Summis Pontificibus, tanquam religio, sed tanquam bonum, & nimis laudabile institutum. & eorum vota sunt simplicia; hinc dictæ Moniales si contraherent matrimonium, peccarent, valide tamen contraherent; nam votum castitatis quod emittunt, non est solenne, sed simplex. Inferitur etiam secundo, si recedant à Monasterio, non sunt Apostatæ, quia non sunt Religiosæ. Et ita ex Nauarro docet P. Sanctarellus tr. de Apost. tr. 3. dub. 1. n. 5. P. M. Candidus de recto Regim. Sanct. disp. 5. art. 5. dub. 3. Ricciullus de iure person. lib. 8. c. 2. n. 7. Bonacina q. 2. de clausura punct. 1. §. 1. n. 3.

2. Notandum est tamen hic obiter dictas Moniales Turris Speculorum gaudere priuilegio fori, & Canonis, & exemptione gabellarum, quia licet non sint, vt diximus, Religiosæ, sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, viuentes in communi, & sub obedientia. Ergo, &c.

RESOL. CCCLI.

An Sorores Tertiariæ possint à Sacerdotibus suarum Religionum in articulo mortis sumere viaticum, & extremam unctionem

Pbi multa de Tertiarijs, vulgo dictis Bizoch e proponuntur in textu huius Resolutionis, pro illarum sepulture casibus ab Episcopo reseruatis, & etiam pro reseruatis à Prelatis Regularium, an comprehendant illas, & pro priuilegijs fori, & Canonis. Ex part. 6. tract. 8. & Misc. 3. Resolut. 30.

§. 1. Olim poterat ex priuilegio Sixti IV. nunc verò est interdictum, vt obseruat R. Magister Theodorus Stratus Generalis Ordinis Carmelitani meritis in opus. de Tertiarijs,

c. 9. vnde visum est mihi hic per extensum apponere Epistolam Sacre Congregationis directam ad Episcopum M. de la. & tenoris sequentis.

Illustr. & M. Rev. come Fratello.

Hauendo Monsign. mio Eminenti. Card. Cesarino riferito nella S. Cong. quan. V. S. ha passato con li frati dell'Ordine di S. Agostino del finale di cotesa Diocesi in materia del Predicatore della Quaresima; e circa la Tertiaria del medesimo Ordine, che se n'è morta vltimamente. Questi Em. mei sù l'dopo hauer maturamente considerate discusse le ragioni de dote per l'vna e l'altra parte, hanno risoluto quanto al primo non esser stato lecto al frate di quella Religione predicare nella Chiesa del suo Ord. dopo hauer domandata, e non ottenuta da V. S. la benedictione, mentre expressamente li contradisse, & prohibi anco che non predicasse, e che poteua lei in questo caso procedere contro di lui, e punirlo con valersi della facultà, che se ne dà gli Ordinarij de Luor. hì dalla Constitutione del sel. mem. di Gregorio XV. De exemptorum priuileg. E quanto al secundo articolo della Tertiaria sono stati similmente di parere non hauer potuto li frati del Conuento sud. in vigore di qualsiuoglia priuilegio dell'Ord. loro amministrare i Sacramenti della Communione per Viatico, & Extrema unctione, ne meno an dare à levare il Cadauero di Casa processionalmente, senza interuento, ò licenza del proprio Parocho, essendo queste funzioni proprie de Curati, à quali in ogni tempo, ma in questo iù che in ogni altro s'aspetta l'ricognoscere, aiutare, & hauer pensiero particolare dell'Anime commesse alla loro Cura, massima che la Tertiaria, ancor che fossi professa, non era clustrale, ma habitaua in Casa propria dentro à i limiti della Parochia di quel Curato. Onde per dare à V. S. & à coteso popolo la sodisfatione che si conueniene s'è dato ordine qui al Procuratore Generale della med. Religione, che debba far venire da lei il Prouinciale di Romagna ad humiliarlese, e mostrarle quelli offe quij di reuerenza, e di rispetto, che hanno tralasciato di viare li suoi frati, nelli Casi predetti, mentre non si pul far venire il frate med. che predicò per la lontananza del luogo, doue hoggi si troua; Ripromettendo si all'incontra l'Eminenze loro, che ella lo ricouerà benignamente, e trattera seco con quella Charità, e piaceuolezza, che suole essere propria del Padre, e Pastore; Il che li significo per ordine della S. Congregatione, accio sappia le resolutioni che si sono prese, el modo, come s'haura da gouernare in questo Caso, e negli altri che possono succederli per l'auuenire: Dio la prosperi. Di Roma li 17. Giugno 1639. Di V. S. Ille M. Rev. Aff. come fratello, Il Cardin. S. Honorio, l' Arcieuf. di Tebe Secretario]

2. Circa sepulturam verò supradictarum Tertiariarum in casibus occurrentibus Parochi, & Superiores Religionum recognoscant declarationes Sacre Congregationis appostas à Iulio Laurio in suis elucubrationibus varijs, titul. 2. cap. 11. num. 102. & 103. Sed quia supradictus Reuerendissimus & amicissimus Pater Stratus multa curiosa asserit circa dictas Tertiarias, & Codex non ita facile inuenitur, non definam hic per extensum apponere, sic enim asserit vbi supra. Et quia reseruare casus est actus iurisdictionis spiritualis, & propterea Episcopus non potest reseruare casus, nisi quoad suos subditos, vt tradit etiam Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. cum nostræ Tertiariæ sint exemptæ à iurisdictione Ordinarij, videtur consequenter dicendum, quod casus reseruati ab Ordinario quoad illas minimè sint reseruati, & quod propterea Sacerdotes nostri modo sint approbati ab

ab Ordinario ad audiendas Confessiones secularium, possunt eas ab illis absolueri, sicut possunt absolueri fratres nostros, cum hoc solum discrimine quod non est necesse, ut Confessores fratrum sint approbati a suo Superiore, ut patet ex citato cap. 7. Concilii.

3. Ad idem quod qua ratione Ordinarius loci potest quoad subditos suae iurisdictioni spirituali aliquos casus referuare; videtur dicendum, quod cum Tertiariae nostrae subdita sint iurisdictioni spirituali Praelatorum nostri Ordinis, possint nostri Praelati aliquos casus quoad illas, ut quoad suos fratres, referuare.

4. Denique quoad casus Papales non censemus improbabile, quod possint nostrae Tertiariae a Praelatis nostri Ordinis ab omnibus peccatis, criminibus, & excessibus, ac etiam censuris, & poenis Sedi Apostolicae referuatis (exceptis contentis in Bulla Ceterae Domini) ut possint (saltem in foro conscientiae) ut ipsi fratres absolui.

5. Non sine etiam ratione affirmare possumus, quod Praelati nostri valeant vota sororum Tertij nostri Ordinis commutare, quia hoc spectat ad potestatem iurisdictionis, quam habet Praelatus super illas, & ob eandem rationem, quod possint etiam cum illis dispensare in omnibus votis simplicibus ab ipsis factis, in quibus possunt cum suis subditis dispensare Episcopi: nam & illi habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Arbitramur quoque quod possint eorum vota irritare, tollendo obligationem, & ratio est, quia, ob votum Obedientiae earum voluntas subiecta est voluntati Superioris Religionis, quod quidem dicitur nequit de Tertiariis aliorum Ordinum, quae non emittunt votum Obedientiae. Nec obstat, si quis dicat, quod Praelati ideo possunt vota fratrum sibi subditorum irritare, quia ipsi emittunt votum solemne obedientiae, sorores autem Tertiariae tantummodo votum simplex, quia secundum Doctores votum solemne, & votum simplex sunt eiusdem speciei, nec differunt inter se, nisi accidentali differentia.

Sap. hoc cur-
sim in ref. 1.
nor. seq. 2.
prope finem
verl. tamen
interim.

6. Nec caret probabilitate, quod dicunt nonnulli Doctores, Tertiarias scilicet gaudere privilegio Canonis, Si quis suadente Diabolo, ita ut si quis suadente Diabolo eas percusserit in sententiam excommunicationis ipso facto incurrat; licet enim non sint vere, & proprie Religiosae, multum tamen participant de sta-

tu Religioso, Religiosaeque persona vocantur à Nicolao V. Constitutione, citata in primo cap. summe personae Deo dicatae per votum Castitatis, & Obedientiae, ac deferunt habitum Religiosum; & confirmari potest à simili, nam etiam Nouitij, quoniam non sint vere Religiosi, nihilominus privilegio Canonis gaudent. Quare Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Prosper Fagnanus, qui per multos fuit annos Secretarius Congregationis, tum Concilij, tum Episcoporum, & Regularium, à nobis consultus, in hanc nostram sententiam inclinavit. Hucusque Stratus; quae omnia ex eius mente dicta esse volo. Et nota quod loquitur de Tertiariis viventibus in propriis, vel parentum domibus; cum voto tamen Castitatis virginalis, vel vidualis emissio, prout solet. Vide Bordonum in Consiliis Regularium, resol. 28. n. 19. vbi me citato docet supradictas gaudere privilegio fori, quod ego docui in p. 1. tr. 2. resol. 8. 4. Et docet Stratus eodem modo, sed an gaudeant privilegio Canonis ipse ut videtur affirmat, negat autem Bordonum. Vide etiam Aegidium Trullench in Decalogo, tom. 2. l. 7. c. 17. d. 1. 12. n. 14. vbi non solum asserit dictas Tertiarias vellego Beatas, seu Bizochas, quae calibem vitam in propria domo sub voto emiserunt, gaudere privilegio fori; sed etiam tenet me pie, & probabiliter docuisse posse consequi legatum relictum pro Monachatu.

RESOL. CCCLII.

An legatum factum pro Monachatu, possit dari mulieribus, ut vulgo dicitur Bizochae, quae calibem vitam in propria domo sub voto emiserunt? Ex p. 3. tr. addit. Ref. 1.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, & ego in p. 1. tr. 2. Resol. 8. 4. affirmatiuam sententiam dedit, cui, quam postea à multis doctis Iuriconsultis in praxi libenter admissam fuisse scio, illam, & me citato, docet etiam nouissimè Ioannes Maria Nouatus in noua editione de electi. fori. sect. 1. q. 66. n. 16. vbi sic ait: Hodie Tertiarias, quae castam & calibem vitam sub expresso voto in habitu iraducunt, posse consequi legatum relictum pro monachatu, non obstant quod viuunt in propriis domibus, vti que dicendum est, & ita transtulit Bizochis & Diana. Sic ille.

In Indice primo huius Tom. 7. lege Appendicem ad hunc Tract. 1. vbi inuenies plus quam plurimas diff. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quae simul pertinent ad hunc Tract. 1. de dubiis Regularium.

TRACTA